Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Macha

confines suos / misit unum de principibus suis ut comprehendet eum
vivum et adduceret eum ad se / Et abiit et pavsit ad fan demetrij
et comprehendit eum et duxit eum ad Arsacem et posuit eum in
custodiam Et fluit terra Juda omnibus diebus Symonis / et quia
bona gesta sunt et placuit illis pacem eius et gloria eius omnibus diebus
Et ad omnem gloriam suam accepit Joppen in portum et fecit eam in introitum
maris / et dilatavit fines gentis suae / et obtinuit regionem Et
congregavit captivitatem multam / et dominatus est Gazare et beth
sure et arce et abstulit immundicias ex ea / et non erat qui resistere ei
Et unusquisque colebat terram suam cum pace et dabat
fructum suum et lignum arborum fructum suum / Seniores in pla
teis sedebant omnes et de bonis terre tractabant / Et juvenes
induebant se gloriam et stolas belli Ciuitates disbuebat alimo
nias / et constituebat eas ut essent vasa munitionis quoadusque
nominatum est nomen glorie eius usque ad extremum terre / Fecit pacem
super terram et letatus est israhel letitia magna / et sedit unusquisque
sub vite sua et sub ficulnea sua / non erat qui terreret / Defecerunt
impugnantes eos super terram / Reges contriti sunt in diebus illis / et
confirmavit omnes humiles populi sui et legem exquisivit / et abstulit
omnem iniquum et malum / Sanctuarium glorificavit / et multiplicavit vasa
sanctorum / Et audiit esse Romanos per famam et Jonathas / et usque
ad Sparciam et constitutum sunt valde / Et audierunt autem quod
Symon frater eius factus esset summus sacerdos loco eius
et ipse obtineret regionem et ciuitates in ea scripserunt ad eum in
tabellis eereis ut renouarent amicitiam et societatem quam fecerunt cum
Juda et Jonatha fratribus eius / Et lecte sunt in conspectu ecclesie
in Jerusalem / Hoc est exemplum epistole quam miserunt Spartiate
Spartanorum principes / et Ciuitates Symoni sacerdoti magno
et senioribus / et sacerdotibus / et reliquo populo Judeorum fratribus
salutem / Legati qui missi sunt ad populum nostrum nunciauerunt nobis
de vestra gloria et honore ac letitia / et gauisi sumus in aduentu eorum
et scripsimus que ab ipsis erant dicta in concilio populi sic / Mu
nienius Antiochi et Antipater filius legati Judeorum
venerunt ad nos renouantes nobiscum amicitiam / placuit populo vnum

exaqr gl